

Franckesche Stiftungen zu Halle

Oeconomia Temporum Novi Testamenti, Exhibens Gubernationem Dei In Ecclesia

Majus, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, MDCCXXI.

VD18 11274050

Caput III. De Ministerio Iohannis Baptistae, Quo Viam Domino Paravit.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199398

CAPUT III.

DE

Mat. III. MINISTERIO JOHANNIS BAPTISTÆ, QVO VIAM DOMINO PARAVIT.

I.

*Johannes
viam
Christo pa-
rat per
predica-
tionem &
bapti-
smum pœ-
nitentiæ.*

Interea Johannes viam Christo, ceu par erat, præparavit ministerio suo, quod principium erat Evangelii JESV CHRISTI, Marc. I. 1. idque auspiciatus est afflictis rebus Judæorum in statu Politico æque ac Ecclesiastico, sub Tiberio Casare, Pontio Pilato, Judææ Procuratore, & Pontificibus duobus Anna atque Caipha, impiis hominibus, per vices Sacerdotium administrantibus. Non tamen temere vel sua sponte aggressus est hoc munus, sed verbo Domini ad ipsum facto admonitus in deserto, ubi hætenus latitaverat, ut prodiret ac officii partes fideliter perageret, secundum Prophetarum prædictiones, Jes. XL. 3. seqq. Mal. III. 1. Igitur Judæos ad novum regnum & Sacerdotium Christi excitaturus, eos ab externis rebus & operibus, quibus unice confidebant, ad interiora revocavit, ac eo nomine primo omnes ad *μετάνοιαν* adhortatus est, & immutationem mentis internam veramque adeo conversionem per contritionem & fidem prædicavit, primo in deserto Judææ, circa Hebronem, deinde ad omnem oram Jordanis. Simul & Baptismum docuit administravitq; non illum proselytorum, dudum in gente receptum, licet divinitus in V. T. haud imperatum, ac frustra adeo vel ex Genes. XXXV. 2. vel Ex. XIX. 10. probari solitum a quibusdam, sed novum, a DEO mandatum Joh. I. 33. qui *μετανοίας* dicitur, cum eam intendat, efficiat, confirmet. Nam Lutherus ro dicente, Cat. maj. p. 549. *pœnitentiæ proprie nihil aliud est, quam Baptismus, aut ejus exercitium*, Matth. III. 1. -- 4. Marc. I. 1. -- 5. Luc. III. 1. -- 7.

II.

Non caruit felici successu novus DEI legatus, eique autoritatem conciliavit inter alia vitæ institutum singulare in victu & amictu, quo *Eliam* & *Nazaraos* referebat. Avide enim ad eum confluerunt undique omne genus hominum, & post actam pœnitentiam, ab eo sacra aqua tingebantur ad remissionem peccatorum. Phariseos autem & Sadduceos ubi accedere quoque vidit Johannes, durioribus verbis eos compellavit, ac futuram DEI iram nequaquam effugere posse, serio affirmavit, nisi maturè & vere pœniterent, ac mutationem in melius fructibus convenientibus declararent, præsumtionemque de Abrahamo Patre, cum degeneres ejus filii, imo progenies viperarum & serpentis infernalis sint, tandem relinquerent, & fide potius respicerent in eum, in quem Abraham credidit, & per quem justificatus est. Dura hæc vox hypocritis non arrisit, turbæ tamen ministerræ ac regni cœlorum bonis excitatæ, ut & publicani atq; milites, sanabiles se præbebant cupideque interrogabant, quid faciendum sibi esset, cum ut iram futuram effugerent, tum ut regnum intrarent Messia, quibus singulis respondit, ut pœnitentiæ fructus quique charitatis & officii operibus per totam vitam demonstrarent. Hoc modo anxia & impatiens Messia expectatio in multorum animis accensa fuit, qui cum non statim adesset, populus tacitis cogitationibus de Johanne apud se dilaret; quam opinionem ut evelleret, aperte palamque cunctis nunciavit, se non Messiam sed hoc longe inferiorem esse, quod ad personam pariter ac officium, adfuturum mox Dominum, cui viam prædicatione & baptismo pœnitentiæ paraverit, qui multo efficacius docturus & Spiritu S. atque igne baptizaturus sit, areamq; ex Judæis & Gentibus parandam probe purgaturus sit, Matth. III. 4. -- 13. Marc. I. 5. -- 9. Luc. III. 7. -- 18,

Matt. III.

4. ff.

Felici
cum suc-
cessu.

II. Cum

III.

*Christum
baptizat
& ita ad
officium
inaugura-
rat, Spiritu
S. &
Patre id
confir-
mante.*

Cum ita Johannes magno cum successu viam Christo paravisset, adeò ut omnis populus undiquaque lavacro ad penitentiam uteretur, accidit destinato DEI consilio, ut JESUS, trigessimus agens annus, quo Lavitæ Sacerdotes ministerii partes capebant, Josephus ad præfecturam Ægypti, & David ad regiam dignitatem evecti sunt, omnes illius typi, ex Galilæa prodiret & baptismum à Johanne apud Jordanem peteret. At is, qui Christum antea nec viderat, nec noverat, Joh. I. 32. revelante Spiritu S. eum adesse nunc cognoscens, admittere non luit obnixque prohibuit, utpote qui ipse potius illius baptismo indigeret. Verum JESU baptismum urgente ac dicente, id divinam voluntatem & ordinationem postulare, ut omnis justitia impleatur, s. typica, s. moralis, eum admisit, sicque baptizatus Salvator, & per baptismum inauguratus quasi publice ad officium suum fuit, cujus initium mox à precibus fecit, quibus apud Patrem tanquam Pontifex noster summus intercessit, ut hoc munus salutare orbi esset; easque ratas fuisse, hoc indicio constetit, quod, cælis subito ruptis apertisque, Spiritus S. visibili specie columbæ inde descenderit in JESVM, sacratissimo ejus capiti insederit, & eum Messiam confirmaverit, ac ad officium tergemini denuo unxerit, vel unctum Domini testatus sit: Patet quoque voce sonora & Filium & Mediatorem proclamaverit, & omnibus audiendum Doctorem commendaverit, in quo solo acquiescere se affirmaverit, Matth. III. 13. -- 17. Luc. III. 21. -- 23. Sic fieri debebat secundum Prophetarum oracula, Deuter. XVIII. 15. 18. 19. Es. XI. 2. XLII. 1. LXIX. Ut taceam typos Sacerdotum & summi Pontificis, qui ablutione & unctione numeri suo initiabantur. Exod. XXIX. 4. XL. 12. ff.

IV.

*JESUS a
diabolo*

Inauguratus dictum in modum Salvator mox specimine illustri ostendit, quantus esset, & quam præclara omnia exspectari

clari ab eo possent in destructione regni Satanici & liberatione *Mat. 17.*
 humani generis ex illius potestate, juxta prädictiones V. T. qua- *1. ff.*
 rum prima & præcipua fuit Genes. III. 15. simulac enim re- *tentatus*
 versus est à Jordane, continuo actus, subductus expulsusque *eum vicit.*
 fuit ab eodem Spiritu S. quo replebatur, in desertum Judææ, ut
 à Diabolo tentaretur: idque multis modis fiebat. Nam & in
 solitudine dies 40. inter feras egit, miraculose jejunavit, & à
 diabolo invisibiliter ac ineffabiliter tentatus fuit: qui postea,
 cum esurire sentiens, assumpta visibili specie ad illum accessit, sic-
 ut olim in Paradiso Evam aggressus est, & captata callide occa-
 sione Dominum nostrum 1. ad dubitationem diffidentiamq; de
 Patris cœlestis *evdaxiq;* sollicitare ausus est. Quam veteratoris a-
 stutiam cum JESUS sapientissime eluderet, opponendo DEI
 mirabiliter conservantis benignitatem & potentiam, firmamq;
 suam fiduciam, Satanæ eum contraria via tentavit, & 2. præfi-
 dentem ac temerarium reddere conatus est, quando illum per
 aërem raptum in Templi pinnis constituit, atque ut inde se præ-
 cipitem daret & Messiam hocce miraculo probaret, impuden-
 ter & sophisticè Scripturam S. citando, audebat persuadere.
 Verum cum & hoc telum retorsisset JESUS, & nequaquam
 pertentandum DEUM objecisset, Diabolus 3. ostensis & pro-
 missis in sublimi monte mundi regnis eorundemque gloria &
 splendore, ad turpissimam diabololatriam inducere illum susti-
 nuit. Sed JESUS, divino zelo jam commotus discedere Sata-
 nam protinus iussit, quod ubi facere cogitur, Angeli sancti ac-
 cedunt Dominum adoraturi eique ministraturi. Matth. IV.
 1. -- 12. Luc. IV. 1. -- 14. Ita Dominus noster, & nostras tenta-
 tiones, quas omnes in ipsum & cum ipso baptizati Christiani ve-
 ri experiri debent, sanctificavit, & quibus armis vincendus esset
 Satanæ, præmonstravit.

V.

Dum hæc per quadraginta dies in deserto agebantur, Jo- *Johannes*
 hannes Baptista, ad testimonium de Christo perhibendum mis- *testatur*
 sus,

*Joh. 1. 1. ff.
de ejus
Deitate,
incarna-
tione, offi-
cio & be-
neficiis.*

sus, hoc suo munere præclarè functus est, ac publice inque conspectu omnium sonora voce, maximo cum fervore, nec minore libertate inculcavit, quæ de JESU Messia ejusque regno conquerendo necessaria erant. Nam cum Pater cœlestis proclamasset in Baptismo, eum esse Filium suum dilectum, tantæ personæ sublimitatem & divinam majestatem asserturus, primo multis argumentis solidissimis æternam ejus Deitatem adstruxit. Deinde magnum pietatis mysterium, quod verbum caro factum & DEUS in carne assumpta manifestatus fuerit, luculenter exposuit. Adhæc breviter & summatim officium & beneficia salutaria, imprimis gratiæ Evangelicæ donationem, cujus fons, autor & revelator sit, omnesque Prophetas & Doctores immane quantum superet, indicavit, & quoscunque ad Magistrum optimum humani generis voce cœlitus delata commendatum publice audiendum, invitavit; cum ex illius inexhausta plenitudine omnes fideles omni tempore acceperint & accipere possint thesauros gratiæ DEI infinitæ, in ipso reconditos, ad quos ea, quæ per Moysen, servum DEI fidelem, populo Judaico in V. T. data sint beneficia per Legem, nihili facienda. Eum igitur unice adendum, tanquam thronum gratiæ & ἡλυσίον Rom. III. 25. Ebr. IV. 16. vera pœnitentia & fide, eum rogandum, ut Patrem ostendat ejusque gratiosam voluntatem revelet, Joh. I. 1. -- 19.

VI.

*Anfigne
testimoni-
um coram
legatione
Synedrîi
perhibi-
tum.*

Inter ista autem testimonia vel hoc præcipuum est, quod legatis à Synedrîo ad se missis & quærentibus, quis esset, an forte Messias? publice edidit, ubi aperte palamque confessus est identidem, quod non sit promissus ille Messias, nec Elias & Propheta, eo, quem erronee conceperant, sensu; sed duntaxat vocem clamantis in deserto, & viam parantis Domino, ut pridem Esaias prædixerit. Sed hoc persuadere legatis, utpote Phariseis, & traditionibus assuetis, eoque in transversum raptis, non poterat, qui etiam Baptistæ officium criminati sunt, quod, cum nec Mes-